



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. De quo Propheta dixit, ex Ægypto vocauī filium meum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

præmittant, audiunt ut præmittunt: & cum ea prædicunt quæ inde audiunt, non fallunt neque falluntur: verissima enim sunt Angelica & prophetica oracula.

Et l. 16. de civitate Dei c. 36. Accipit etiam Isaac oraculum tale, quale aliquoties pater eius acceperat, de quo oraculo sic scriptum est.

Quod si vocem idololatriæ & aruspiciæ infamem homo pius fugiendum putavit: Multo magis & veniale quæ fugere oportuit: illa enim etiam gentilibus in dæmonum responsis vsurpantur, atque adeo apud veteres vix aliter.

VERSUS 13.

Cum autem recessissent, apparuit Angelus Domini in somnis Ioseph.

QUESTIO I.

Quando recessit?

§. 1. **N**on continuo cum recesserunt, nam die quadragesimo in templo præsentatus est. Post purificationem profecti sunt in Nazareth Luc. 2. 39. ex quo constat gravem fuisse persecutionem; & perquisitionem quoque Nazarethum fuisse venturam: nam ex censu cognoscere potuit Iosephum eo venisse, regum quoque adoratio, & palorum, simulque quæ Simeon, & Anna Prophetissæ loquebatur, iam famam auxerant. Herodes quoque ex his omnibus cum animaduertere se à Magis illudum omnes nervos intendit. Quam diu vero in Nazareth morati sint incertum est. Hoc certum est duplici modo errare Calvinum, incogitantem, & impie. Probabile est, inquit, dominum Mariam peperisse, donec ex puerperio convalesceret, ut iter facere posset. Incogitantem, quia iam venerat Ierusalem, inde iter Nazarethum, tandem iam dies erat quadragessimus, & supra, convalescere igitur poterat, si labore parienti fuisset infirmata.

Impie vero quia partum eum dolore, & debilitate fingit, quod nemo priorum unquam dixit. Verissime dixit Soarezius noster. T. 2. in 3. p. disp. 13. sect. 2. Neminem qui de partu in partu virginem permanisse crediderunt, inueni, qui asseruerit eum dolore peperisse. Calvinus utrunque coniungere debet; dolor enim parientium ex vterii distensione, convulsioneque, oritur. Ut dolor sit corruptio virginis, & ea illibata nullus sit dolor: ut enim clauso ostio ingressus est ad discipulos, non lasso, non comminuto ligno, ira quoque de thalamo processit ille gigas ad currendam viam, & nascendo matris virginitatem æternum consecravit. Nec lara erat illi lex quæ Gen. 3. in dolore paries filios. Quæ sine peccati collusione Christum concepit.

Concludam sententiâ S. Gregorii Nysseni orat. 1. de resurrectione. Habet & Esaiam, qui gratiam hodiernam sine dolore non parum illustrat. Ab ipso enim matrem in nuptiam sine patre peperit, carnem sine dolore puerperium, sine labe partum ante diducisti. Sic enim loquitur Propheta. Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium: & vocabunt nomen eius Emanuel, quæ vox significat, Nobiscum Deus. Item sine dolore partum extraxit, ipsa rei aequitas te docebit. Nam cum omnis voluptas dolorem coniunctum habeat, necesse est, ut in illa, quæ ita copulata sunt, cum vnum abest, alterum etiam absit. Itaque cum nulla concipiendi voluptas antecesserit, ne parienti quidem dolor est consensurus. Hoc autem Propheta verbis etiam comprobatur, quæ sic habent: antequam veniret dolor partus eius, effugit, & peperit masculum. Aut, quemadmodum alius interpretatur, antequam dolores sentiret, peperit.

Consulendus D. Thom. 3. p. q. 35. ar. 6. atque in eum locum Theologos, quos etiam plerique sectarum exceptis rigidioribus Calvinianis quibusdam sequitur. Porro Calvini hic error alteri errori necessarius esse visus est, ne si in partu virgineo dolorem abesse, & illa virginitatis claustra fateretur, corporum mutuum penetrationem concedere cogeretur, & imaginationes suas de Eucharistia omittere.

VERSUS 15.

Ut adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ex Aegypto vocavi filium meum.

QUESTIO I.

De quo Propheta dixit: Ex Aegypto vocavi filium meum?

§. 1. **D**e filiis Israel Propheta loqui videtur: idcirco Iudæi & gentiles, præcipue Iulianus, idcirco Christianis obiecerunt. D. sputat hæc de re Hieronymus. In hac ver- de optimo Gen. Interp. ad Pammach. ad Algas. q. 2. & ba agere in hunc locum. Verba eius tanquam basin d. sputatio- videntur. nis initio ponam. Pro eo quod nos docemus. Ex Aegypto vocavi filium meum, Lxx. translulerunt ex Aegypto vocavi filios eius, quod in Hebræo non habetur, nullique dubium est Matthæum de hoc loco sumpsisse testimonium iuxta Hebræicam veritatem. Ergo qui detrahunt nostræ translationi videant scripturam, de qua Evangelista hoc testimonium sumpsit, & interpretatus est in Domino Salvatore: quando de Aegypto reductus est in terram Israel: & cum inuenire non quierim, desinant rugare frontem, adducere supercilium, crispare nares, digitis concerpere. Hunc locum in septimo volumine Iulianus Augustus, quod adversum nos, id est, Christianos evomuit, calumniatur, & dicit, quod de Israel scriptum est, Matthæus Evangelista ad Christum translulit, ut simplicitati eorum, qui de gentibus crediderant, illuderet. Cui nos breuiter respondebimus: Primum Matthæum Evangelium Hebræis literis edidisse: quod non poterant legere, nisi hi qui ex Hebræis erant: ergo non propterea fecit, ut illuderet Ethnicis. Sin autem Hebræis illudere voluit, aut stultus, aut imperitus fuit. Stultus si apertum finxit mendacium imperitus si non intellexit, de quo hæc dicerentur. Stultitiam ipsum volumen excusat, quod prudenter ordinatæque compositum est: imperitum non possumus dicere, quem ex aliis testimoniis scripturarum scientiam legis habuisse cognoscimus. Superest ut illud dicamus, quod ea quæ præcedunt in aliis iuxta veritatem & adimplerem referantur ad Christum, quod Apostolum in duobus Sina & Sion & in Sara & Agar fecisse cognovimus. Neque enim non est Sina mons, & non est Sion: non fuit Sara, & non fuit Agar: quia hæc Apostolus Paulus ad duo retulit Testamenta. Sic igitur hoc, quod scriptum est, Parvulus Israel, & dilexi eum: & ex Aegypto vocavi filium meum: dicitur quidem de populo Israel qui vocatur ex Aegypto, qui diligitur, qui eo tempore post errorum idololatriæ quasi infans & parvulus est vocatus, sed perfecte refertur ad Christum. Nam & Isaac in typo Christi fuit: quod futura mortis ligna sibi ipse portauerit: Et Iacob quia Liam dolentem oculos Rachel pulchram habuerit uxorem: in Lia qua maior erat, cecitatem intelligimus Synagoga, in Rachel pulchritudinem Ecclesiæ, & tamen qui ex parte typi fuerunt Dominus Saluatoris, non omnia, quæ fecisse narrantur, in typo cuius fecisse credendi sunt. Typus enim partem indicat, quod se totum præcedat in Typo, iam non est typus, sed historia veritas appellanda est.

§. 2. Hoc

ADAMUS QUIN
IN
+ EVANGELIA
CUI
IN

In 70. alia lectio est.

Matthæus nec fallere voluit, nec imperitiâ deliquit.

damentum est, quo reliquæ insistent, ne penitus pereant. In hac itaque expositione quisque quod visum fuerit, sequatur. Mihi illa explicatio melior videtur, quæ literalis est de Christo, aut sane sensu primario sensum eius complectitur.

QVÆSTIO II.

An in persecutione Christi exemplo fugere liceat?

§. 1. S. Cyprianus, Athanasius, Augustinus exemplo Christi fugam in persecutione licitam esse docent. Quæ enim, inquit Athanasius, humanitas de Salvatore scripta sunt, ita par est, ad commune genus hominum

Christus fugiens iudeos, non & ille corpus nostrum gestavit, & humanam imbecillitatem ostendit. Probat exemplo fugæ Christi in Egyptum, in Nazareth, & similibus. Tertullianus tamen iam a fide alienus, ingenio suo, & æmulationi obsecutus fugæ præsidium in firmis abstulit, l. de fuga in persecut. c. 8. Refugit & ipse vim interdum, sed eadem ratione qua Apostoli fugere præceperat, donec scilicet doctrinam suam impleverit. Quæ consummata non dico stetit, sed nec auxilium à patre Angelorum exercitum desideravit, increpito etiam Petri gladio. Professus quidem & ipse est: animam anxiam vsq; ad mortem & carnem infirmam, ut tibi ostenderet primo in se iramque substantiam humanam fuisse ex proprietate anxietatis animæ & imbecillitatis carnis. ne aliam ut quidam nunc induxerunt, aut carnem aut animam Christi interpretaretur. Viim itaque eludere sibi videtur argumenti, si dicat Christum fugisse, donec doctrinam impleverit, & eadem ratione fugere Apostolis permisisse. Verum magis se, & argumentum stringit. Fugere enim & ceteri eo modo possunt, donec implevis omnibus, legem mandandi habere se agnoscant. Christus enim mortem, & carcerem fugit, donec veniret hora eius, discipulis quoque eius fuga licita est, donec causa gravis sit, vel ob scandalum, vel aliorum necessitatem patiendi.

§. 2. Dum ille fugit, Herodes scævit, omnes infantes in Bethlehém, & finibus eius occiduntur. Quod a bimatu vero signanter Herodes, à bimatu & infra occisos voluit, secundum tempus quod exquisierat à magis, quosdam monuit, ut stellam bennio ante natum Christum apparuisse, quosdam, ut biennio post natum Christum eadem factam existimarent. Verum alii stellam ante partum vitam referunt. Imo Caluinus, stulte, inquit, stella ante pro confesso sumunt, stellam non apparuisse nisi post partum virginis: quod cum tamen plerique sentiant, merito stultos videri potest, si quis omnes stultos iudicet.

Mihi videtur Herodes suspicatus esse stellam diutius apparuisse, quam illis visa fuerit; nec enim, quemquam diem, quæ primum eam videre potuerunt, indicare facile fuerit, affirmare promptum fuit, ante non fuisse; neque enim vel pluuio cælo, vel alia de causa, mox stellam, ut emicuit, etiam videri necesse fuit. Deinde securitati ut consuleret, scævitiam extendit: Nam quidam etiam mensuri infantes mascululi sunt, & rudis miles in tam furioso facinore decipi non difficulter poterat, quibus ut Tyrannus occurrere securitatis ret, ne scelus perderet, omnes bimulos, quique infra causam crucis etate essent, occidi imperavit. Atq; ita intelligendum est, quod ait *intra tres menses*, secundum tempus quod exquisierat à magis. Nam tempus illud exquisitum à magis referendum est ad id quod dicit, *infra*. Nempe occidit eos, qui intra bimatum erant, non omnes, sed se

tepus quod cundum tempus quod exquisierat à Magis, non erat, exquisierat eos occidi necesse, qui post Magorum adventum natum ad Magum ad ii erant: de eorum enim etate facile constare poterat qui in rat. Quanquam non est dubium multos quoq; infra erant, nores Christo, dum miles dubitat, & imperium tamen exequitur, occisos. Quanquam mihi verisimili

Adami Cenzen in Euang. Tom. I.

mile redditur, Herodem non adeo celeriter scævisse, dum enim Magos expectat; deinde de abitu cognoscit, dubitatque an illi illi fuerint, & pudore aliam viam sint ingressi, transit dies quadragesimus, dein perfectis omnibus secundum legem Domini, reuersi sunt in Galileam, in ciuitatem suam Nazareth. Luc. 2.

39. Quamdiu ibi habitavit, incertum est. At certissimum est Caluinum falli, dum Iosephum in fugâ, Præsentia in transitu Ierosolymæ ait functum pietatis officio, tio Christi quod lege Domini præscriptum erat. Nam Lucas ex non est in pressis verbis docet; Eos postquam omnia perfecit, fugâ facta sent, reuersos in Galileam in ciuitatem suam Nazareth. Deinde Ioseph noctu fugam capessit, cum Maria & puerulo; instabat igitur periculum è proximo; quomodo in mediam flammam se daret? præsertim cum è Nazareth per Ierosolymam non sit iter in Egyptum. At in multitudine latere potuit. Cur ergo rediens ex Egypto, postquam audisset omnes de functos, qui quæssent animam pueri, non tamen in Iudæam esse ire ausus, quod Archelaus regnaret? An in re præsentimini Herodem timeret, quam sopita iam fama Archelaum?

At vero non latuisse, sed multis manifestatum constat, ex Luc. 2. 28. De illo enim Anna loquebatur omnibus, qui expectabant redemptionem Israel. Prodere quidem hoc esset dominum, si eo tempore, quo nocte fugit Ioseph, in templo Ierosolymitano laudes eius celebrarent.

VERSUS 18.

Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus Rachel plorans filios suos, & noluit consolari quia non sunt.

QVÆSTIO I.

An hæc de Christo prædicta sint?

§. 1. Hieronymus hunc in locum monet, nec ex Hebræo, nec 70. translulisse verba Matthæum. Vox in excelso audita est, &c. Nec iuxta Hebræicum, nec iuxta Lxx. Matthæus sumpsit testimonium. Legimus enim in eo post descriptionem infantum necis: Tunc impletum est, quod dictum est per Hieremiam Prophetam dicentem: Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus: Rachel stens filios suos: & noluit consolari, quia non sunt. Ex quo perspicuum est Euangelistam & Apostolos, nequaquam ex Hebræo interpretationem alicuius secutos, sed quasi Hebræos ex Hebræis quod legebant Hebræice, suis sermonibus expressisse. Rachel mater Ioseph cum veniret Bethlehém, subito partus dolore correpta, peperit filium: quem obsterix, quia moriebatur pariens, vocauit Benoni, hoc est, filius doloris mei. Pater autem Iacob mutauit vocabulum & appellauit eum Benjamin hoc est filius dextera. Queritur itaq; quo modo Matthæus Euangelistam testimonium Prophetæ ad intersectionem transtulerit parvulorum, cum perspicue de decem tribubus scriptum sit, quarum princeps non fuit Ephraim, & nequaquam sit in tribu Ephraim, sed in tribu Iuda: ipsa est enim & Bethlehém dicitur, unde & nomina vtriusque concordant. Bethlehém vocatur domus panis: Ephraim hæc quoque, quam nos vbertatem possumus dicere. Quia igitur Rachel in Ephraim hoc est in Bethlehém condita est: sicut & scriptura sancta & titulus sepulchri eius hodieque testantur: stercit dicitur pueros, qui iuxta se, & in suis regionibus interfecit sunt. Quidam Iudeorum hunc locum sic interpretantur, quod capta Hierusalem sub Vespasiano, per hanc viam Gazam, & Alexandriam infinita millia captiuorum Romam directâ sint: alij vero, quod vltima captiuitate sub Hadriano quando & Iudeorum urbs Hierusalem subuersa est, innumerabilis populus diuersa expositio-

D

atatis nre.